eſt: Non eſt ueſtrũ ſcire tempora, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Poſt hãc tanq̃ in die ſeptimo requieſcet deus, cũ eundẽ ſeptimũ diem, quod nos erimus, in ſeipſo deus faciet requieſcere. De iſtis porrò ętatibus ſingulis diligenter longum eſt diſputare. Hæc tamẽ ſeptima erit ſabbatum noſtrum, cuius finis
D non erit ueſpera, ſed dominicus dies uelut octauus æternus, qui Chriſti reſurrectione ſacratus eſt, æternam non ſolum ſpiritus, uerumetiam corporis requiem præfigurans. Ibi uacabimus, & uidebimus: uidebimus, & amabimus: amabimus, & laudabimus. Ecce quod erit in fine ſine fine. Nã quis alius noſter eſt finis, niſi peruenire ad regnũ, cuius nullus eſt finis? [b] Videor mihi debitũ ingen